verſis characteribus, quorum ſeries eſt hæc. I. unum. *quinq;. X. decem.* *quindecim.* *ſexdecim.* *ſeptendecim. o. 100. oo. 200. vel ſic 110. 000. vel etiam 111 o̲. tercenta,*  *quingenta,* *decies centena ſive mille.*

Annus igitur præſens 1604, Aegyptijs characteribus ſic notatur. *IIII.*

DE NOTIS NVMERORVM ARITHMETICIS.

Notæ Arithmeticæ, quæ num ſunt in uſu, Zyphræ, vel ciphræ vel ſifræ appellantur. Cujus vocabuli origo alijs eſt Hebræa, alijs Græca. Pleriq; enim derivatum iudicant ex Hebræo verbo Saphar, quod ordine numeravit, ſignificat: unde ſophar numerus, & vox ſiphra. Alij ſiphrarum nomen à Græca voce ψῆφος *dedu-cunt. Nam* ψῆφος *&* ψηφοφορεῖν *ſignificat calculum & calculis ſupputationem inſtituere. Hæc eadem verò nomina etiam his conveniunt appella-*